

www.e-rara.ch

Theologia vetus et nova circa praesentiam Christi in eucharistia

Gerbert, Martin

[Ulm], 1756

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRI 148

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-35638>

Caput XI. Quomodo, subsecutis post Berengarium temporibus, huius secundae eopochae doctrina, theologiaque eucharistica se habuerit.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

CAPUT XI.

Quomodo, subsecutis post BERENGARIUM temporibus, huius secundæ epochæ doctrina, Theologiaque Eucharistica se habuerit.

I. **S**IC autem factum, Divino pro-
 vidente Numine, ut unde error
 circa Eucharistiam medio hoc
 ævo, BERENGARIO flabello, excitatus
 fuerat in scholis, exinde etiam statim
 principio in ipsa radice suffocaretur,
 conterereturque: atque quibus armis se
 hostis contra fidem armarat, iisdem
 impugnatus, fatisceret. Neque ulla hæ-
 relis tam subito emarcuit, quam hæc
Berengariana, strenuis protrita pugna-
 ribus, præeuntibus Ecclesiæ ducibus,
 ipsaque Ecclesia classicum canente. Quin
 id etiam hic contigit, ut in controver-
 siam vocato dogmate, contentionibus-
 que petito, jam constantius assereretur,
 firmiter constabiliretur, expressius, cla-
 riusque exponeretur: quod fieri solet,
 ut minutius excutiantur, quæ acriori
 trutinæ subiiciuntur. Fideles etiam sua-
 rum partium esse autumant, veritates,

T 5 quas

*Berengaria-
 na heresi
 in primo
 ortu suffo-
 cata, pro-
 fessio fidei
 luculenti-
 or effecta
 est.*

a
 quas hæresis impetivit, apertius profi-
 teri. Quemadmodum a seculo undeci-
 mo exorta hæresi *Berengariana*, singu-
 lares eiusmodi professiones fidei editas
 habemus: inter quas illa S. BRUNONIS
 morti proximi: obiit autem an. 1101.,
 quam nobis MABILLONIUS in *Analectis*
 suis (a) conservavit in verba quoad rem
 præsentem: *Credo Sacramenta, quæ*
Catholica credit & veneratur Ecclesia:
& nominatim, quod consecratur in al-
tari, verum corpus esse, veram carnem
& verum sanguinem Domini nostri JE-
SU CHRISTI. Subdit ibidem MABIL-
 LONIUS binas orationes S. ANSELMI,
 quibus profundus adorationis cultus
 Eucharistiæ, ante perceptionem impen-
 sus, exprimitur, eiusmodi verbis: *Ad-*
oro & veneror hoc sanctum corpus tu-
um, & hunc sanctum sanguinem tuum,
quod traditum est, & qui effusus est pro
multis in remissionem peccatorum. Al-
 tera: *In spiritu humilitatis, & in ani-*
mo contrito ante sanctum altare tuum,
& sacratissimum corpus & sanguinem
tuum, Domine JESU CHRISTE, & Re-
demtor mundi, accedimus &c. Sic ergo
 sensum pietatis, devotionisque, magis, sig-
 nificantiusque, exprimere studuerunt pii
 fide-

(a) Ed. nov. Paris, in fol. p. 448.

fideles, postquam extiterunt, qui debitum Sacramentis honorem, existimationemque, detrahere, instigante dæmone, allaborarunt.

II. Doctores etiam & propugnatores fidei contra hæresin multo vividioribus coloribus, accuratioreque penicillo veritatem Catholicam adumbrarunt. Etiam SS. Patres causam reddiderunt, cur CHRISTUS sub alienis speciebus carnem & sanguinem in cibum & potum impertiri voluerit. Verum nemo unus ex illis ita omnia simul complexus est, tam egregie rem declaravit, quam, qui post BERENGARIUM hæc tractarunt, atque inter hos, qui primus contra illum calamum strinxit HUGO Lingonensis. Quodam, inquit (a), necessario, et pioque consilio, ad gustus suffragium panis & vini quibusdam qualitatibus occultatur. Sed spiritualibus oculis ipsa carnis veritas non negatur: alioquin fides tanti mysterii deperisset, si cruor in calice fieret manifestus, & in macello CHRISTO ruberet sua caro. Rarus in terris ille, qui hoc non abhorreret. Sed cum vita æterna non nisi edenti promittatur, perpetuarent morti, qui CHRISTUM non

Assertio, explicatioque dogmatis reddita multo lucidior, planiorque a Doctoribus,

a

coe-

(a) Tract. de corpore & sanguine Domini.

cœnassent. Sicut enim medicus fastidienti agro austeram potionem per alienas dulcedines temperando saporat, tantoque intentius, quanto eam amplius novit profuturam: sic noster procurator & providus convivæ prandium suæ carnis coaptavit horrentibus, ut prioris creaturæ vultibus reservatis, ex formæ visione animosius caperetur. Audiendus etiam in eandem rem, qui secundus BERENGARIUM impugnavit, atque aliis etiam palmam præripuit LANFRANCUS: (a) Credimus igitur, terrenas substantias, quæ in mensa Dominica per sacerdotale mysterium Divinitus sanctificantur, ineffabiliter, incomprehensibiliter, mirabiliter operante superna potentia, converti in essentiam Domini corporis, reservatis ipsarum rerum speciebus, & quibusdam aliis qualitatibus, ne percipientes cruda, & cruenta horrerent, & ut credentes fidei præmia ampliora perciperent; ipso tamen Dominico corpore existente in cœlestibus ad dexteram Patris, immortali, inviolato, integro, incontaminato, illeso: ut vere dici possit, & ipsum corpus, quod de Virgine sumtum est, nos sumere, & tamen non ipsum. Ipsum quidem, quantum ad essentiam, veræque naturæ proprietatem; non ipsum

ait-

(a) LANFR. C. 18.

autem, si spectes panis, viniq̄ue speciem, cateraque superius comprehensa: hanc fidem tenuit a priscis temporibus & nunc tenet Ecclesia, quæ per totum diffusa orbem, Catholica nominatur. Verum modum contrarium Capharnaitico idem nobis ex Ecclesiæ mente insigniter declaravit c. 11. Putaverunt namque, sicut præfatus auctor (AUGUSTINUM intellexit, cuius obscuras dictiones contra BERENGARIUM explicat) multis in locis dicit, quod in terris degentem Dominum in frustra essent conscissuri, & sic carnes eius aut elixas in lebetibus, aut assas in veribus essent comesturi, aut si hoc nollent, non possent esse eius discipuli. Propterea elegerunt, abire, & jam amplius cum eo non ire. Procul avertet DEUS ab Ecclesia sua talem sententiam. Sic nempe in terris immolatum CHRISTUM manducamus & bibimus, ut in cœlestibus ad dexteram Patris integer semper existat & vivus. Edidit ACHERIUS in notis ad vitam LANFRANCI lectu dignissimam epistolam ex pervetusto codice MS. Cœnobii SS. SERGII & BACCHI Andegav. ubi non minus luculenta expositio doctrinæ Eucharisticæ habetur eodem, quo vivebat BERENGARIUS, exarata tempore. Credo sacrosanctum
cor-

corpus Dominicum, quod in altari quotidie ex sacerdotis officio consecratur omni execrata dubitatione, veram eius carnem esse, quæ passa est in cruce, & verum eius sanguinem, qui manavit ex latere, ut veritas ipsa testatur. Allatis autem Scripturæ locis, sic pergit: His igitur, & huiusmodi verbis Dominicis fidem præbens, sicut nullum corpus aliud pro nostra salute traditum præter suum scio, ita ut præfatus sum, nullam eius aliam carnem, quam quæ nata est de MARIA Virgine, & resurrexit de sepulchro, manducari in remissionem peccatorum, credo, neque alium sanguinem bibi, quam qui profluxit de eius latere, non dubito. Postea adversam doctrinam, quæ CHRISTUM figurate præsentem tantum statuit, sic destruit, ut eleganter figuræ & Sacramenti rationem in speciebus externis, ab internis, latente CHRISTO, distinguat. Tandem colligit rationem, & concludit: Ergo post tanti mysterii consecrationem sic veram Domini corporis Eucharistiam me credo sumere, ut tamen nullo modo negem, in figura, vel Sacramento esse. Alioquin si absque Sacramento, vel figura DEI agnum dentibus vorari crederem, in magnum, ut ait Pater AUGUSTINUS, facinus incurrerem.

verem
 quo p
 inesse,
 Ubi vi
 illis reb
 sili ten
 tention
 comm
 re licet
 BEREN
 omne
 pore C
 leuiter
 putare
 tur qu
 fecit cl
 bis tra
 pro vob
 instruit
 aperit
 sangu
 vinum
 oculis
 corpus
 & hic
 detur.
 quid d
 re! qu
 quod v
 testant

vorem. Atque eo uberius veritate fruor,
 quo plenius figuram, vel Sacramentum
 inesse, illustrante Sancto Spiritu, intueor.
 Ubi vides, quam asserite de omnibus
 illis rebus pronunciet, quæ a PASCHA-
 SII tempore tantas in ipsa Ecclesia con-
 tentiones excitarunt, atque sese inter
 commiserunt Doctores. Idem observa-
 re licet in epistola ASCELINI ad ipsum
 BERENGARIUM apud eundemACHERIUM,
 omne effugium adversæ partis de cor-
 pore CHRISTI mystico excludente: *Ne
 leviter acciperent, vel qualecunque corpus
 putarent; membra enim CHRISTI dicun-
 tur quique fideles, ac per hoc corpus: ad-
 jecit claritudinem, & ait, quod pro vo-
 bis tradetur: similiter & de calice, qui
 pro vobis effundetur. Ecce quomodo nos
 instruit Redemptor noster, ecce quomodo
 aperit & exprimit, quod corpus, quem
 sanguinem nobis commendet: Panem &
 vinum discipuli carnalibus intuebantur
 oculis, & audiebant a veritate: Hoc est
 corpus meum, quod pro vobis tradetur,
 & hic sanguis meus, qui pro multis fun-
 detur. Quid apertius? quid clarius?
 quid dulcius? O quam sanum, adstrue-
 re! quam periculosum vero, refellere,
 quod veritas asseverat! hoc Evangelistæ
 testantur, Apostoli concionantur, sancti
 Docto-*

Doctores tractant, si recto intellectu percipiantur. DURANDUS Abbas hæc singula pluribus adhuc explanat, allatis enim CHRISTI Domini verbis: *Hæc, inquit (a), vox, ut credimus, & confitemur, est, ad quam consecrationem Dominici mysterii quotidie fieri liquet. Quod quamvis aliud humanis cernatur obtutibus, quamvis aliud significare utiliter ratione typica non negetur, nihil tamen aliud omnino substantialiter esse, quam vera CHRISTI caro, & verus sanguis, comprobatur. Quod cum Patrum testimoniis firmasset, ulterius progreditur; & quæ erant controversa prius, utrum idem, quod natum & passum est corpus, in Eucharistia consecratur, eodem modo probat, horum, ut vocat, errorem destruens, Catholicamque fidem validius astruens, qualiter hac de re secundum veritatem sentiendum sit: præsertim autem adversus carnalem illum manducandi modum, quem ex male intellecto S. AUGUSTINO imputabant nobis adversarii: quæ omnia apud eundem legisse juvabit, ut constet, quam explicatius omnia differantur, ac veluti eviscerentur, in obscuris alias mysteriis; dum in apricum adducuntur, atque ab adver-*

(a) De corpore & sanguine Domini part. 4.

adversariis in dubium vocata, accuratius tractantur. Nos hic illud solum notamus, quod de causa & origine erroris, huic cum aliis hæresibus communi, observat Hugo iste, si ea, quæ secundum diversum modum rei convenient, non discernentur: *Ut, inquit (a), sua Divina natura servetur majestas, ipsique sincera non obfuscetur serenitas, operosior adhibenda est diligentia, subtiliterque distinctio verborum facienda, ne profana sensuum irrepit confusio, unde perversa consuevit eboriri dissensio. Hinc etenim illa late serpens planta Manichæorum: hinc spurcissimus pullulavit surculus Arrianorum: Inde quoque innumervabilium pestis schismatum aut sumpsit exordium, aut usurpavit sibi suffragium: inde etiam modernæ hæreseos incentores, impiique dogmatis conflatores, puritati fidei calumniam parant, Divinoque mysterio veritatem, quantum in ipsis est, derogant: eo quod similitudo dicatur aliquando vel figura, ac si aliquod sit figmentum, non veritas.*

III. Hic ceu ad caput, atque primum erroris fontem sifteremus; nisi potius vindicandæ famæ causa, quam rei id

U

exi-

Fides &
Theologia
HILDEBER-
TI, discipu-
li olim BE-
RENGARII.

(a) Idem p. 5.

a exigente necessitate, Catholici dogmatis apertissimam huius ætatis expositionem ex venerabili HILDEBERTO adducendam existimaremus, quæ uno ictu omnes errores, quos huic mysterio illatos tunc legimus, tam per germen *Manichæorum*, quam novam BERENGARII fruticem, profligat. Differens autem de spiritali eius nutriendi vi, ita spiritalem præsentiam adstruit, ut tamen realem satis prodat: *Spiritualiter*, inquit (a), *operans, via spiritali cælis adveniens, via spiritali ad cælos rediens, quod corpus cum apud nos est, & in cælis est. Apud nos quoque diversis in locis, in altaribus diversis, tempore non diverso. Nec per partes divisum, sed in altaribus singulis totum & integrum; nec alterum & alterum, sed numero unum. Nec phantasticum, sed verum, nec solum in Sacramento, sed in semetipso. Ipsum enim uno tantum est loco modo naturali, pluribus autem in locis modo virtuali: in uno per naturam, in pluribus per gratiam & virtutem Divinam: in uno corporali modo, & in pluribus modo spiritali; non enim corporis est, ut in pluribus locis simul esse possit, sed spiritus, nec spiritus fortasse*
 alte-

(a) HILD. de Sacramento altaris p. 1103.

alterius, nisi Divini, id est, increati, & incircumscripti, non etiam spiritus creati, & ideo circumscripti. Quæ cum pluribus illustrasset ex mysterio Incarnationis, postea pergit: Quod autem corpus hoc simul totum est in pluribus locis, fit ad modum spiritus. Quod ergo dictum corporaliter & spiritualiter, non naturas significat subsistentium, sed subsistendi modos, non enim propter naturam DEI inhabitantis, sed propter inhabitandi modum, ait Apostolus, in CHRISTO esse omnem plenitudinem Divinitatis corporaliter. Corpus vero CHRISTI non modo ad spiritus modum simul totum est in diversis locis, id est, in altaribus multis, sed & in singulis quoque, non nullatenus spirituales quemdam habet existendi modum. Quamvis enim ubique pro corporis varietate ipsum in se ipso sit sensibile, nobis tamen in altari præsens juxta speciem suam existit insensibile. Unde ipsum & sensibiliter dici potest esse ibi, & insensibiliter: sensibiliter quidem propter veram corporis sensibilitatem & propter Sacramenti formam, sensibus subjectam; insensibiliter vero, quantum ad speciem & sensus nostri perceptionem. Non enim ita ibi est, ut ibi in specie sua infirmis nostris sensibus

bus percipi possit. Est igitur secundum aliquid ibi corporaliter propter veram corporis naturam & Sacramenti, ut dictum est, formam, & propter quemdam existendi modum; secundum aliquid vero incorporealiter, quantum videlicet ad actum sentiendi, & modum quemdam existendi. Quod enim sic est in altari, quod vere dici potest, quia in hac parte altaris est, & in illa parte non est. In ea enim est, in qua Sacramentum est ipse, & in illa non est, in qua eius Sacramentum non est, in hoc ad modum corporis in loco circumscribibiliter est. Quod vero non sic est in hoc altari, quin eodem tempore, & modo eodem totum sit alibi, id est in alio quolibet altari, in hoc incircumscribibiliter existit, atque in hanc communem corporum naturam, & subsistendi modum longe transcendit. Hæc integra exscribere non piguit, quod hæc primum in recenti HILDEBERTI editione curante D. Ant. BEAUGENDRE e Congr. S. MAURI comparuerint: atque reconditam, & forte ad HILDEBERTUM usque inauditam contineant Philosophiam dicam, an Theologiam? Quæ si non in omnibus accurata adeo, & elimata, dandum id est nimix subtilitati, industriæ & scientiæ,

tie, u
quin no
quid de
unde e
canonis
nit: S
panis &
& san
quia vi
per hoc
vere fa
vivifica
consecr
cerdotib
licet pa
corpus C
& indub
carmine
Panis en

Corpor
Illud i

Quoiqu

Et vinu
Est cruo
Dixit en

Et calice

tiæ, ut ita dicam, nimis exasciata, quin fidei orthodoxæ HILDEBERTI aliquid depereat, qui alibi præcisius abunde eam testatus est, ut dum illam canonis vocem *sanctificas* &c. ita exponit: *SANCTIFICAS, simplicem naturam panis & vini in naturam tui corporis & sanguinis transfers. VIVIFICAS, quia vivum & verum tuum efficis corpus, per hoc interiorem hominem nostrum vivere faciens; Et quomodo sanctificas, & vivificas, BENEDICIS. Primum enim consecratur panis, & benedicatur a sacerdotibus & Spiritu Sancto; & deinde licet panis videatur, tamen fit in veritate corpus CHRISTI. Hæc est perspicua fides & indubia tunc apud omnes, ut idem in carmine de Eucharistia canit: p. 1153. Panis enim, qui nunc super aram sanctificatur,*

Corporis esse sui substantia non dubitatur. Illud idem corpus, quod nos de Virgine natum,

Quodque super cælos jam credimus esse levatum:

Et vinum calicis, quod sanctificatur in ara, Est cruor effusus pro nobis in crucis ara: Dixit enim panem corpus, quod sumpserat, esse,

Et calicem potum fundendi sanguinis esse.

Et alio carmine de novo Sacrificio,
vetus abrogante p. 1152.

Mortuus ille semel licet ultra non moriatur,

Idem quotidie sine vulnere sacrificatur.
Panis in altari DEUS in cruce, nil dubitetur,

Hoc vitæ verbo fieri vitæ ipsa fatetur,
Quæ vegetet mentem, nec CHRISTUS inania sanxit,

In CHRISTI carnem panis substantia transit:

Hac in carne nihil carnale, nihilque cruentum.

Idem §. 5. de sacra Eucharistia hæc profequitur:

Qui quamvis totum per mundum sacrificetur,

Integer in regno manet, unus semper habetur,

Et cum distribui per particulas videatur,
Sumitur hic totus, cælo totus veneratur.

Astra, solumque replens, manet unus semper ubique,

Nunquam deficiens cibus omnis, & omnia cuique.

Ista omnia hic colligenda fuere, ne vel minimum relinquatur dubium, HILDEBERTUM, utut observantem adversus magi-

magistr
Jonglun
se, con
calentem

IV.
cit exp
fticæ
nunc
videri
contra
tamen
adhuc
larum
adstrict
multi a
ledicere
exempl
thedra
& hui
WALC
etiam
clamo
otium
Hec,
xit HEL
risiensis
cuenberg
multi &

(a) Ap

magistrum BERENGARIUM, tamen quam longissime remotum ab eius errore fuisse, contra vero dogma Catholicum luculenter exposuisse.

IV. Quod autem, quam in prosa fecit expositionem, ea doctrinæ Eucharisticæ non usquequaque sit ad phrasenunc civitate donatas exacta, mirum videri non debet. Licet enim fides contra BERENGARIUM fuerit stabilita, tamen quoad loquendi modum multa adhuc desiderabantur; & libertas scholarum necdum erat arctis fatibus limitibus adstricta. Quæ res in causa fuit, ut multi ætate etiam anteriore scholis valedicerent, ut nos GOZELINUS docet exemplo suo, qui, relicto *Leodiensis* Cæthedræ magisterio, *Moguntiam* secessit; & huius facti causa scripta Apologia ad WALCHERUM, excusandi gratia alios etiam adducit, qui inutili labori & clamori pro eorum temporum ratione otium quietem & silentium prætulert. Hæc, inquit (a), omnia sapienter despectit HERIMANNUS *Remensis*, DROGO *Parisensis*, *Spirensis* HUOREMANNUS, *Bavenbergensis* MEINHARDUS, & præterea multi & præstantes & præcipua aucto-

Cur otium Theologicum pii ac sancti viri elegerint, commendarintque ab hoc ævo.

a

U 4 rita-

(a) Apud MABILL. *Ver. Anal. Ed. in f. p. 444.*

*ritatis viri, QUI PRÆCISIS SPECIEBUS
 ET ABDICATIS LABORIBUS, STUDIIS
 VALEFECERUNT; ET SAPIENTI USI
 CONSILIO, IN THEOLOGIE OTIUM CON-
 CESSERUNT. Ego vero quid facerem?
 cur non idem vitæ propositum de cetero
 eligerem? Tum graviter perstringit mo-
 res & studia eorum temporum, qui-
 bus pro studiis Divinarum Scriptura-
 rum, ut inquit ille, invaluerunt studia
 partium: pro gravitate, & modestia, re-
 ligionis gloria, & gloriatio vanæ ela-
 tionis. Deinceps viri pii non minus in
 hæc mala animadverterunt. S. BER-
 NARDUS, qui monachos ad tramitem
 revocare fategit, non semel lætitiæ fig-
 nificationem prodit, ad suos sermonem
 faciens, quos ab aviis reduxerat. Sic
 ferm. II. in Pent. *Gaudeo, inquit, vos
 esse de hac schola, de schola videlicet spi-
 ritus, ubi bonitatem, & disciplinam &
 scientiam discatis, & dicatis cum san-
 cto: super omnes docentes me intellexi.
 Quare? inquam. Numquid quia purpura
 & bysso me indui, & quia lautioribus e-
 pulis abundavi? Numquid quia PLATO-
 NIS argutios, ARISTOTELIS versutios in-
 tellexi, aut, ut intelligerem, laboravi?
 absit inquam, sed quia testimonia tua ex-
 quisivi.* In sermone vero II. de Nati-
 vita-*

vitae Domini exemplo propinquiore nos ad propositum adducit, de partu Virgineo inconsulta exsufflans dubia, disquisitionesque: *Solus iste de sola Virgine nascitur, & Virginis uterum novo, & singulari partu Divinitas humana sigillat. Ubi nunc Aristotelicæ subtilitatis facunda sed infecunda loquacitas? si peperit, cum viro concubuit, velit, nolit, vertitur in habitum privatio, nec adstringitur dialecticis terminis omnium terminator, ad cujus imperium perit natura, dissuescit consuetudo.*

V. Circa idem fere tempus utraque Viri celebres declararunt eo Theologiae statu, rem periculi plenam esse, ei affixum nimium indulgere. controversia de modo corporis CHRISTI, ex utero prodeuntis, atque in Eucharistia subsistentis, est mota; sed hæc posterior majorum motuum extitit in Ecclesia causa, & diu ad justos terminos tum sentiendi, cum loquendi, non est revocata: donec omnia præcisius ab Ecclesia sunt determinata. Etiam post BERENGARII damnationem, quæ in generalioribus terminis subsistit, non omnia semper elimata deprehenduntur apud magni nominis viros. Nihil de FOLMARO dicam, Præposito *Petræ stillantis in Franconia*, qui sub ALEXANDRO III. epistola ad EBERHARDUM Ar-

chiep. Salzb. perversam eam doctrinam aperte proposuit, quam per calumniam olim BERENGARIUS PASCHASIO attribuit, qui tamen, erroris, ab EBERHARDO, aliisque monitus, revocationem edidit. Hæc autem eius opinio fuit: *Sanguinem sub vini sapore ac specie bibere me quidem, sed solum & purum sine carne, non dubito, ita solam & puram carnem sine ossibus & membris corporalibus, imo & sine humani corporis plenitudine, sub panis sapore ac specie manducare me credo: nec me filium hominis, sed carnem filii hominis manducare confiteor. Ubi vero caro CHRISTI, ibi consequenter & CHRISTUS non pro parte, sed totus, totus seorsum in carne, totus seorsum in sanguine, totus simul in utraque, nihilominus in utrisque conjunctus, totus & integer non ad humani corporis, ut quidam litigant, integritatem, sed ad personæ CHRISTI individuam unitatem arbitror referendum. Oportet enim . . . naturam verbi corporis natura distinguere, ubicunque enim CHRISTUS est, etsi totum non est. Sicut uno eodemque tempore totus in sepulchro & totus in inferno erat: sed totum non erat, eo quod trium substantiarum, quæ unam faciunt in CHRISTO*
per-

personam
Tuitio
mo flor
na, ho
hetero
logos,
tionem
dicavi
MAUR
pessim
ferunt
ris R
hilom
ne in
charit
de se
JOANN
mutatu
nem;
caro p
tatum
mita
Sed
das ef
admo
sis hy
est, p
nense
tionis
NES i

personam, aliquid deerat. RUPERTUS
Tuitiensis, qui ineunte seculo duodeci-
 mo floruit, insignis pietate & doctri-
 na, hodieque apud multos non solum
 heterodoxos, sed etiam Catholicos Theo-
 logos, suspicione laborat, ac si *impana-*
tionem propugnarit, quem tamen vin-
 dicavit P. GERBERONIUS ex Congr. S.
 MAURI. Quamvis autem ii omnium
 pessime errarint, qui, eousque procef-
 serunt, ut etiam auctorem huius erro-
 ris RUPERTUM venditent; fatendum ni-
 hilominus, minus accurata comparatio-
 ne instituta inter Incarnationem, & Eu-
 charistiam, locum dedisse eum sinistrae
 de se opinioni. *Sicut*, ait l. VI. in
 JOANNEM, *Verbum caro factum, non*
mutatum in carnem, sed assumendo car-
nem; sic idipsum verbum, jam dudum
caro factum, panis visibilis fit, non mu-
tatum in panem, sed assumendo & in
unitatem personae suae transferendo panem.
 Sed paritates non in omnibus urgen-
 das esse, ratio & æquitas dicat. Quem-
 admodum etiam illa JOANNIS *Parisiens-*
is hypothesis jure postea improbata
 est, præsertim post Concilium *Lateranense*,
 quod solemnius Transsubstantia-
 tionis etiam nomen consecravit. JOAN-
 NES iste, qui *pungens asinum* alias di-
 ceba-

cebatur, cum modum definitum non crederet, atque multis difficultatibus implicatum, hortatus est etiam Theologos, ut & alios excogitarent, quibus operam pro officio suo pollicetur, *ut sic*, agebat, *fides nostra de vera corporis CHRISTI existentia in Sacramento altaris pluribus modis salvari, ac defendi possit.* Ipse idcirco novum modum produxit, per assumptionem nimirum *paneitatis* in Verbi personæ communicationem, non immediate quidem, sed mediante corpore CHRISTI, cui instar accidentis *paneitas* conjungatur. Hoc modo sibi videbatur melius propositionem H. E. C. M. explicasse: atque illam, BERENGARII in Concilio Rom. sub NICOLAO II. professionem in tuto posuisse, qua dicitur, corpus CHRISTI tangi &c. quæ etiam fuerat jam antea multorum sententia, quam optabat iste, quoad manducationem Eucharisticam, atque ita explicabat: *Quod sicut CHRISTUS per communicationem idiomatum per humanitatem assumptam, sic corpus CHRISTI pariter manducetur & atteratur per communicationem idiomatum per assumptam paneitatem, mediante ipso.* Conjunxi hic utramque RUPERTI Abbatis, & JOANN. Paris. expli-

plicandi modum, non quod inter se
 conveniant, JOANNES enim ita assumi
 paneitatem a CHRISTO putabat, ut sub-
 stantia maneat; RUPERTUS autem,
 transubstantiatione admissa, quoad
 interiorem substantiam de assumptione
 exteriori tantum loquitur. Sicut, scri-
 bit in Ex. 10., naturam humanam non
 destruxit, cum illam operatione sua ex
 utero Virginis DEUS Verbo in unita-
 tem persona conjunxit: sic substantiam
 panis & vini secundum exteriorem spe-
 ciem, quinque sensibus subactam, non
 mutat, aut destruit, cum eidem verbo
 in unitatem corporis ejusdem, quod in
 cruce pependit, & sanguinis ejusdem,
 quem de latere suo fudit, ista conjungit.
 Item quomodo verbum, a summo demis-
 sum, caro factum est, non mutatum in
 carne, sed assumendo carnem, sic panis
 & vinum utrumque ab imo sublevatum
 fit corpus & sanguis, non mutatum in
 carnis saporem, sive in sanguinis horro-
 rem, sed assumendo invisibiliter utrius-
 que, Divinae scilicet & humanae, quae in
 CHRISTO est, immortalis substantiae ve-
 ritatem. Quae hic minus accurate sunt
 dicta, conlectaria sunt illius sententiae,
 a tempore PASCHASII in scholis venti-
 latae, de corpore bipartito, aut tripartito,
 ad

ad quam opinionem congruenter idem RUPERTUS epist. ad CUNONEM, eius commentariis in JOANNEM præfixa, scribit, corpus CHRISTI *differre specie*, esse autem unum & *idem tribus essentialia modis, nomine, re, & effectu.*

Nullus tamen error contra Catholicam veritatem radices egit toto hoc ævo.

a

VI. Nulla autem, tota illa media ætate, quæ a PASCHASIO usque RABERTO, ubi subtilius de Eucharistia disquiri cœpit, ad Concilium usque Lateranense magnum excurrit & ultra, perversa obtinuit opinio, quæ non statim fuerit ab Ecclesia universa reprobata. (a) *Panem & vinum altaris Domini in corpus & sanguinem CHRISTI substantialiter commutari, non sicut delirat BERENGARIUS, corporis & sanguinis Domini figuras esse aut umbras, aut intra se latentem CHRISTUM tegere: recte GUTMUNDUS dicit, universalis Ecclesiæ consensione roboratum esse. Verum est, Theologiam non satis elimatam, accuratamque, tunc omnes secutos; cum necdum Ecclesiæ determinatio terminos satis definisset, & scholarum licentia multum sibi indulgeret: ex quo quandoque suspicio erroris potius, quam verus error enatus.* Refert P.

(a) Lib. II.

P. Ed. MARTENE (a) inter CLEMEN-
 TIS IV. epistolas ad Archiepiscopum
Narbonensem an. 1267. datam, qua
 hic Pontifici delatus est, quod in cu-
 ria existens Romæ *cuidam magno viro*,
cum eo de Sacramento altaris conferen-
ti, dixerit: Corpus Domini nostri JESU
CHRISTI sacratissimum essentialiter in
altari non esse, sed tantum sicut signa-
tum sub signo; & hanc celebrem esse
opinionem Parisius, ut habent Pontificis
verba. Egregie autem se & Academiam
Parisiensem purgavit Narbonensis: Rem
horrendam, summæque detestabilem hæ-
resim appellans, quæ a Pontifice fuerat
objecta; firmavitque fidem etiam SS.
Patrum, præclaris dictis eos perstrin-
gens, qui asserant, in altari non esse
corpus CHRISTI, vel eius sanguinem,
nec substantiam panis & vini in sub-
stantiam carnis & sanguinis converti:
Dixerunt, ibi, ait, esse corpus tantum
in Sacramento, id est in signo, & so-
lum in signo a nobis manducari. Et
hæc prima hæresis facta est in discipulis
CHRISTI, dicentis: Nisi manducaveri-
tis &c. Dixerunt: durus est hic ser-
mo, quis potest eum audire. Hinc ille
occasionem sumit, non solum præsen-
 tiam

(a) T. II. Anecd. p. 536.

tiam CHRISTI asserendi, sed etiam diversos sumendi corpus CHRISTI modos distinguendi usque quatuor: *Primo similitudine, ut species panis & vini, & hac improprie. Secundo materialis caro CHRISTI crucifixi, & lanceata, quæ prius de Virgine sumta est, & sic proprie accipitur. Tertio ipsa Ecclesia vel ejus unitas mystica. Quarto ipsa caro CHRISTI spiritualis, quæ vere cibus est: quam carnem qui manducant spiritualiter, veritatem carnis & sanguinis Domini &c.* Hac ratione solum diversum modum existendi vult, quo est in cælo, & Eucharistia, *visibiliter*, inquit, in cælo, quia in forma humana, sed in altari *invisibiliter* in forma humana, quod sub speciebus panis, & vini operitur, ubicunque in altari celebretur, integrum est, non per partes discerptum, ut illi dixerunt, qui retro abierunt. Verus ergo DEUS & verus homo in hoc est Sacramento, quod est corpus CHRISTI plenum gratia & Divina majestate, realiter veritatem & naturam in se continens consecratione panis in corpus, & vini in sanguinem, substantialiter conversum vi verbi Divini & secreta potestate, creaturam mutantis in memoriam *Dominicæ passionis, sicut per Spiritum*

San-

IN E
Sanctum
caro sine
nali: Q
transsub
rior disti
mum se
perius
tripartit
tionem
vel Rur
potest,
tiam hu
ad Cui
sanguis
fert.
differt a
stingere
a spiritu
errorem
panem
vus, p
partim
a bonis
da a m
bitatum
allectum
feri: o
stantiati
quidqu
Bruiis fi

Sanctum, ut ait AUGUSTINUS, vera caro sine coitu creata est in aula Virginali. Quæ prorsus veram, physicam, transubstantiationem producit: ut superior distinctio CHRISTI corporis ad summum secundum explicatam a nobis superius sententiam de corpore CHRISTI tripartito sit accipienda: quam explicationem non extinctam deinceps fuisse, vel RUPERTUS Tuitiensis testimonio esse potest, qui propius accedit ad sententiam huius auctoris: *Tribus*, ait Ep. ad CUNONEM, *essentiæ modis corpus & sanguis CHRISTI est, quarta autem differt. Est enim nomine, re, effectu, differt autem specie.* Ubi necesse est distinguere spirituales existendi modum a spirituali manducatione, ne in eum errorem quorundam lapsus fiat, qui panem asserebant, ut notat GUTMUNDUS, partim mutari in corpus Domini, partim non mutari: ut pars sumenda a bonis mutetur, non mutetur sumenda a malis: uti etiam a quibusdam dubitatum, & ab hæreticis Waldensibus assertum, a malis consecrationem non fieri: quo ipso tamen alias transubstantiationem credidisse ostenduntur; quidquid de HENRICO & PETRO de Bruis sit, qui saltem Apostolis CHRI-

STI corpus vere datum sub specie admiserunt: videntur autem credidisse, ludificationem deinceps fieri per ministerium sacerdotum ob eandem causam, qua *Waldenses*, sinistram nempe de sacerdotibus persuasionem. De hac re videndus est *Petrus Cluniacensis*, qui Ecclesiæ Catholicæ doctrinam contra hunc errorem astruxit: unde potius constantia dogmatis Catholici firmatur, quam ut inde aliquid ei decedat, quod nostri ævi heterodoxi hinc eruere gestiunt, quasi usque ad *Lateranense* magnum Concilium doctrina de transubstantiatione necdum penitus roborata fuerit, & communi assensu Ecclesiæ recepta. Quæ enim firmamenta huius rei afferunt, a paucorum hæreticorum doctrina repetita, causam Ecclesiæ nihil tangunt, neque dogma ipsum spectant; quidquid hac ætate ipsi etiam Catholica Ecclesia alieni hac in re peculiariter tenuerunt.

In modo solum rei definiendo contentiones, diffusionesque, in scholis feriebant.

VII. Quod si quoad modum aliquis etiam inter Catholicos Doctores fuit dissensus, hoc scholarum rationem spectat, non Ecclesiæ ipsius doctrinam respicit: in re ipsa omnibus convenientibus, in modo solum definiendo discrepan-

panibus
quem p
substanti
quaritur
fit illa
stantial
non su
agnosco
fuerant
das: qu
dicentib
substram
Atque
Lateran
in Dec
ma Tri
nem in
bus pan
transub
pus &
hac p
sertim
lica Pl
culatio
enatæ fi
stantiat
contend
physicis
Ecclesia
inde ob

pantibus. Sic PETRUS Lombardus ; quem potissimum solent invectæ Transsubstantiationis auctorem venditare: Si queritur, inquit Dist. II. c. I., qualis sit illa conversio? an formalis, an substantialis, vel alterius generis: definire non sufficio. Formalem tamen non esse, agnosco, quod species rerum, quæ ante fuerant, remanent, & sapor, & pondus: quibusdam esse videtur substantialis, dicentibus, sic substantiam converti in substantiam, ut hæc essentialiter fiat illa. Atque ita quidem postea a Concilio Lateranensi definitum est, ut habetur in Decretali INNOCENTII Tit. de summa Trinit. CHRISTI corpus & sanguinem in Sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter contineri, transsubstantiatis pane & vino in corpus & sanguinem potestate Divina. Sed hæc præcisa adeo non sunt, quin, præsertim invecta in Theologiam Aristotelica Philosophia, variæ in scholis speculationes institutæ, disceptationesque enatæ sint: dum alii alio modo transsubstantiationem determinare, ac definire contenderunt. Quamvis autem metaphysicis eiusmodi meditationibus sese Ecclesia non miscuerit, occasio tamen inde obtrectandi pullulavit: causæ etiam

Ecclesiæ non parum incommodatum, dum Theologi, qui ad Ecclesiæ propugnacula vigilare debent, inter se digladiantur, seseque conficiunt, & impugnant, longius opinionibus distantes. DURANDUS existimavit, solam formam panis Transubstantiatione destrui, manente materia, & congerie accidentium utrique communi, quo uno hanc conversionem discriminavit a mutatione cibi & potus in carnem hominis. Alii contra, quos D. THOMAS commemorat, materiam mutari volebant, sed manere formam substantialem cum accidentibus. Ipse INNOCENTIUS III. qui præfuit *Lateranensi* Concilio, in quo Transubstantiationis nomen ab Ecclesia consecratum est, ait (a) non solum accidentales, sed etiam naturales proprietates videri remanere, *paneitatem*, quæ saturando famem pellit, & *vineitatem*, quæ satiando pellit sitim. Quæ omnia sunt Scholastico - Peripateticis principiis & notionibus implicata atque incrustata.

Contentiones de speciebus Eucharisticis, tempore BE-

VIII. Porro etiam omnis ea tam fervens contentio de accidentibus hoc iterum tempore majore impetu agitata est.

Ea

(a) INNOC. lib. 4. de mysteriis Missæ c. 7.

IN E
Ea jam
miti inte
lebri illa
sine vela
modo ta
Postea,
poribus
dem pe
hæc neq
ter sine
tentiam
NICOLA
fessio e
fis abju
sunt ip
num, q
secration
non ver
ni nostri
sensuali
sacerdo
delium
di pro
tita:
& Apol
proptor
se cum
venerab
sancta
& Apol

Ea jam PASCHASII RATBERTI æVO COM-
 misit inter se Catholicos Doctores, ce-
 lebri illa disputatione, an CHRISTUS
 sine velamine in Eucharistia degat: quo-
 modo tangatur, frangatur, comedatur?
 Postea, ingruentibus BERENGARII tem-
 poribus, Theologi in eis, quæ ad fi-
 dem pertinent, defendendis occupati,
 hæc neglexerunt, aut de illis simplici-
 ter sine contentionis reciprocatione sen-
 tentiam dixerunt: qualiter etiam sub
 NICOLAO II. BERENGARIO fidei pro-
 fessio est proposita, præceptaque hære-
 sis abjuratio: *Quæ astruere conatur,*
sunt ipsa formulæ verba, panem & vi-
num, quæ in altari ponuntur, post con-
secrationem solummodo Sacramentum, &
non verum corpus & sanguinem Domi-
ni nostri JESU CHRISTI esse, nec posse
sensualiter in solo Sacramento manibus
sacerdotum tractari, vel frangi, aut fi-
delium dentibus atteri. Contra istiusmo-
di professio fidei a BERENGARIO est pe-
tita: Consentio autem sanctæ Romanæ,
& Apostolicæ sedi, & ore, & corde
profiteor, de Sacramentis Dominicæ men-
sæ eam fidem tenere, quam Dominus, &
venerabilis Papa NICOLAUS, & hæc
sancta Synodus auctoritate Evangelica,
& Apostolica, tenendam tradidit, mihi-
 X 3
 que

que firmavit; scilicet, panem & vinum, quæ in altari ponuntur, post consecrationem non solum Sacramentum, sed etiam verum corpus & sanguinem Domini nostri JESU CHRISTI esse, & sensualiter non solum Sacramento, sed in veritate manibus sacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri. Hanc professionem fidei refert LANFRANCUS: cumque dubitari nequeat, ei cognitæ fuisse lites de velatione corporis Eucharistici, non longe ab ætate sua motas, earum tamen velut ignarus (quin existimaret hac professione fidei quidquam præjudicii inferri) secure non semel de speciebus Eucharisticis pronunciat. Unum locum adduxisse, satis sit: *Sacramentum corporis CHRISTI, quantum ad id spectat, quod in cruce immolatus est ipse CHRISTUS Dominus, caro ejus est, quam forma panis opertam in Sacramento accipimus: & sanguis ejus, quem sub vini specie ac sapore potamus.* Et cap. 6. cur corpus panis adhuc vocetur, inter alias hanc reddit rationem: quoniam ex pane conficitur, ejusque nonnullas retinet qualitates. S. ANSELMUS, LANFRANCI discipulus, eandem Theologiam fideliter retinuit, in c. 10. Hebr. sic scribens: *Caro CHRISTI, quam*

IN A
quam ex
men ap
in Sacra
nostri ali
ejus ent
do paren
antem in
vivificat
auditus
ro, in
sine aliq
nensis d
que cor
nis &
cultari.
gumento
Sub form
sacra ver
alind su
que ver
lib. III
nem ex
trum
sufficit
responde
fontiam
sapore
ad sensu
Si vero
ut in a

quam ex altari sumimus, idcirco velamen appellatur, quoniam sensibus nostris in Sacramento velatur. Nam sensus nostri aliud renunciant, & aliud fides: visus enim nobis persuadet, esse solummodo panem, secundum panis speciem: fides autem insinuat, esse carnem vivam, & vivificantem: gustus panem in sapore, auditus etiam illud in fractione: fides vero, integrum agnum a fidelibus sumi, sine aliqua ipsius lésione. HUGO LINGONENSIS dixit, quodam necessario, pioque consilio, ad gustus suffragium panis & vini quibusdam qualitatibus occultari. DURANDUS vero in eodem argumento statim in proœmio sic canit: *Sub forma panis operta vini, quæ post sacra verba, crucis quoque signum, nil aliud sunt, quam caro vera, cruor quoque verus.* GUITMUNDUS AVERSANUS lib. III. curiosam de hac re disquisitionem expresse damnat, petens, ut Patrum Theologiæ insistatur. *Cur non sufficit Ecclesia ratio, per S. AMBROSIUM respondentis, rerum quidem mutari substantiam, sed propter horrorem priorem saporem, colorem & cætera accidentia, ad sensus dumtaxat pertinentia, retineri. Si vero respondent, id non posse fieri, ut in alio videlicet corpore color & sa-*

por alius corporis teneatur, Divinam possumus iis breviter objectare potentiam. Fuerunt, qui hanc etiam postea moderationem sibi tenendam putarunt; atque inter hos GUILIELMUS S. THEODORICI, contra ABÆLARDUM agens: alii se dubios in hac re declararunt. At deinceps tota schola hic in latissimum disputandi campum sese immisit, non solum veterum resuscitando controversiam, sed etiam notionibus Peripateticis mirum in modum ampliando: aliis dicentibus, hoc ita apparere solum nobis; aliis philosophantibus, accidentia in aëre pendula hæere: aliis Petrum LOMBARDUM sequentibus, quo ceu torrente deinceps omnis turba Scholasticorum abrepta est. Magistro sententiarum præivit HILDEBERTUS, sed longe alio moderamine, quam Scholastici deinceps, ut nimirum rem quidem assereret, sed modum Divinæ omnipotentiae remiserit: *Quomodo*, inquit (a), *accidentia sine subjecto, vel hæc accidentia in quonata sint sine subjecto? via in istis ignota est rationi, sed non penitus ignota fidei. Ratio hic totum ignorat, sed fides præsumit, quod ratio non capit. Ex rationis defectu proficit fides. Novit fides*

(a) De Sacramento altaris p. 1106.

is
 des per
 sine pot
 veterum
 nensis i
 MENTE
 doxiam
 mento
 pus C
 verum
 est cele
 gelorum
 quod a
 detur,
 esse ex
 ce fals
 solum
 tramite
 cedentes
 habeat
 nis &
 nis,
 sed f
 & v
 IX
 partes
 ciebus
 herere
 mo S.
 (a)
 (b)

des per gratiam, quod ratio per nullam scire potest experientiam. Simplicem etiam veterum Theologiam expressit Narbonensis ille Archiepiscopus coram CLEMENTE IV. suam de Eucharistia orthodoxiam testificans (a): In eodem momento substantia panis & vini in corpus CHRISTI seu totam substantiam conversum mirabiliter & immutatum, quod est caeleste in caelum rapitur ministerio Angelorum corpus CHRISTI consociandum, quod ante oculos sacerdotis in altari videtur, sub speciebus videlicet panis & vini esse vere, non, ut asserunt haeresis publica falsi CHRISTI discipuli, ut signatum solum in signo vel sub signo, a veritatis tramite & orthodoxae fidei Catholicae recedentes per errorem. Ut igitur fides habeat meritum, & non esset horror carnis & sanguinis, nec ridiculum a paganis, nec sub humana specie sumitur, sed sub speciebus sacramentalibus panis & vini.

IX. Petrus ABAELARDUS magnas partes habuit in certamine isto de speciebus Eucharisticis, qui eas in aere haerere docuit, ut discimus a GUILIELMO S. THEODORICI (b) S. BERNARDO X 5 epist.

(a) Apud MARTENE T. II. Anecdotorum p. 560.

(b) T. IV. Bibliothecae Cisterc.

logia Phi-
losophiæ
adhibuit.

epist. 190. ac INNOC. II. qui hunc
ejus philosophandi fanaticismum in-
digne tulerunt. Et certe hic Philo-
sophiæ dominium omnium latissime in
Theologiam intulit. Cum enim GUI-
LIELMUS *de Campellis* Philosophiæ stu-
dium iterum in *Parisiensi* Schola exci-
tasset, ABÆLARDUS, ejus primum dis-
cipulus, postea æmulus, multum pro-
tulit fines, Logicæ imprimis addictus;
ut de se ipso testatur in Historia ca-
lamitatum suarum, quæ utinam eum re-
vocassent ab hoc pruritu! Audiendus
est ipse ABÆLARDUS: *Quoniam*, scribit,
(a), *dialecticarum rationum armaturam
omnibus Philosophiæ documentis prætuli,
bis armis alia commutavi, trophæis bel-
lorum conflictus prætuli disputationum.
Proinde diversas disputando perambulans
provincias, ubicunque hujus artis vigere
studium audieram, Peripateticorum æ-
mulator factus sum. Perveni tandem
Parisiis, ubi jam maxime disciplina hæc
florere consueverat, ad GUILIELMUM sci-
licet Campellensem, præceptorem meum, in
hoc tunc magisterio re & fama præci-
pium: cum quo aliquantulum moratus,
primo ei acceptus, postmodum gravissi-
mus fui, cum nonnullas scilicet ejus sen-
ten-*

(a) Hist. Calamit. c. 1.

*tentias refellere conarer, & ratiocinari
 contra eum sapius aggrederer, & non
 nunquam superior in disputando viderer.*
 Haud dubie de *Campellis* indigne tulit
 nimiam illius in disputando contentio-
 sitatem: unde factum etiam, ut *Parisiis*
 excedere bis debuerit *ABAEARDUS*. Sed
 illa incepta studia nihil remittens, in
 patria dialecticas disputationes instituit.
 Hactenus quidem in Philosophicis res
 perstitit: sed cum postea *GUILIELMUS*
Monasterio se abdidisset, venerabili *AN-*
SELMO Laudunensi in Theologicis audi-
 torem & æmulum se præsentem sistit
ABAEARDUS, ut ipse narrat. Quam
 indignum autem tunc visum fuerit,
 quod ipse illotis manibus tricis Philoso-
 phicis hætenus innutritus, subito se sa-
 cris immiscuerit, quamvis mox dispu-
 tandi peritia nomen compararit, ipse
 nobis edisserat. *Et primæ quidem le-*
ctioni nostræ pauci tunc interfuere, quod
ridiculum omnibus videretur, me adhuc
quasi penitus sacræ lectionis expertem,
id tam propere aggredi. Licet vero stu-
 dia sua aliis, in hac palæstra non probe
 institutis, probaret, *ANSELMUM* tamen
 offenderunt, quod *ABAEARDUS* invi-
 diæ & quorundam obtrectationi tribuit.
Hinc itaque, inquit, prædictus senex ve-
hemen-

bementi commotus invidia, & quorundam persuasionibus, jam adversum me, ut supra memini, ex tunc stimulatus, non minus, quam antea GUILIELMUS noster in Philosophia. Erant autem tunc in scholis hujus senis duo, qui ceteris præminere videbantur, ALBERICUS scilicet Remensis, & SOTULPHUS Lombardus, qui quanto de se majora præsumebant, amplius adversum me accendebantur. Horum itaque maxime suggestionibus, sicut postmodum deprehensum est, senex ille perturbatus, impudenter mihi interdixit, inceptum glossandi opus in loco magisterii sui amplius exercere. Hanc videlicet causam prætendens, ne si forte in illo opere aliquid per errorem scriberem, utpote rudis adhuc in hoc studio, ei deputaretur. Hæc altius hic repetenda duxi, quod primordia postremæ epochæ referant in hac media ætate, qua jam multo majore licentia humana Divinis misceri cœperunt. Expulsus enim hic ABAELARDUS, Parisios concessit, ibique, Philosophus & dialecticus totus, scholam Theologicam instituit primus, ut LAUNOIUS docet, qui hæc latius est profecutus in commentario de scholis celebrioribus. Atque hæc *Parisiensis* schola ab hoc tempore

IN
 pore m
 Paro
 rum :
 logiam
 licet in
 quiever
 verint
 ingenio
 X.
 nomen
 ma vig
 de spe
 nisi in
 atque
 Sancto
 Ecclesia
 partim,
 intellig
 dio, e
 quod
 libror
 bonis
 maxim
 que m
 tando,
 meretur
 quæ va
 bant :
 concep

pore maxime floruit, præsertim sub Petro LOMBARDO Magistro sententiarum: qui visus est suis iterum Theologiam conclusisse sacris terminis; & licet in hoc ingenio Theologi fere conquieverint, magistrumque omnes agnoverint, tamen suo etiam indulserunt ingenio.

X. Jam tunc scholæ Academiarum nomen adoptarant, & celebritate summa vigeabant, frequentabanturque; unde sperari poterant ingentia commoda, nisi ingeniorum varietas, & lubricitas, atque studiorum perversitas, obfuisent. Sanctorum Patrum, atque antiquitatis Ecclesiasticæ studia prostrata jacebant: partim, quod vix, aut ne vix quidem, intelligebantur, neglecto linguarum studio, etiam Latinitatis genuinæ: partim, quod, qui tunc studia moderabantur, librorum suppellectili instructi non essent, bonis egentes & otio transcribendi: maxime autem, quod disputando, atque miras quasque subtilitates excogitando, trutinandoque, otium consumeretur in frequentia Academiarum, quæ vanitati, ostentationique serviebant: unde partium ac sectarum studia, conceptæ semel opinionis defendendæ

Qualis deinceps studiorum in scholis & Academiis status.

per-

pervicacia, atque hinc tot quæstiones inutiles, vanæ subtilitates, & distinctiones frivola, locum invenerunt. His rebus servire debuit Dialectica, quæ jam a sua natura defecerat. *

Præsertim
Theologia
singil-
latim circa
Eucharis-
tiam.

XI. Qualis autem hoc modo facies affingi Theologiæ debuerit, facile conicere licet, atque etiam experientia docet: dum Philosophicæ quæstiones, propositionesque, intrusæ sunt, atque de illis sine fine disputatum. Jam INNOCENTII III. ætate *Robertus CORCON*, Theologus *Parisiensis*, quoad præsentem materiam graviter de hac re mentem suam exposuit, ut habetur apud *LAUNOIIUM* de varia *ARISTOTELIS* fortuna c. III. in *summa*, ubi ita loquitur laudatus *ROBERTUS*, de specie panis agens: *De iis, qui multas Philosophicas*
quæ-

* Ce n'étoit, dit M. FLEURY, plus, comme elle étoit dans son institution l'art de raisonner juste, & chercher la vérité par les voyes les plus sûres: c'étoit une exercice de disputer & de subtiliser à l'infini. La but de ceux, qui l'enseignoit, étoit moins d'instruire leurs disciples, que de se faire admirer d'eux & d'ambarasser leurs adversaires par des questions captieuses a peu près, comme ces anciens Sophistes, dont PLATON se joue si agréablement. Adeatur ipse auctor, apud quem hæc omnia vivis coloribus & dignis expressa deprehendentur. *Diss. 5. sur l'Hist. Eccl.*

quæstiones proponunt in mysterio Eucharistia: stultus quilibet potest in his secretis & mysteriis occultis plura inquirere, quam totus mundus posset solvere. Neque autem fieri potuit aliter, quin multæ, ineptæ & otiosæ moverentur quæstiones, pro moribus præsertim & genio temporum, ad Academias undique confluentibus variarum nationum hominibus juvenibus, ad curiositatem non minus, quam petulantiam factis: quorum desiderio plus nimium indulgebatur, indignum etiam suo nomine ducentibus magistris, si quidpiam dubii propositum non e vestigio solveretur. Quin ipsi Doctores avidi laudis, atque pascendæ discipulorum curiositatis nimis studiosi, novis difficultatibus inveniendis, excogitandisque quæstionibus acutis, argumentis subtilibus, & a communi sensu remotis, toti intenti, quibus artibus in disputationibus ex improviso æmulum adversarium veluti ab insidiis aggredierentur, obruerentque. Maxima quidem pars conflictu disputationum in fumum abiit, at magna etiam in libros relata, in quibus, omnia discuti debere dubia, visum fuit, quæ ab humana mente moveri possunt; quæ non poterant non varia ori

ri

ri in hoc admirando Sacramento, ubi sensuum experientia dubia quidem movebat, sed solvere non nisi ingens mentis acumen poterat, excogitatis quibusdam congruentiæ modis: de modo transubstantiationis, de modo corporis CHRISTI præsentis, quæ in hoc Sacramento non solum a sensibus remota sunt, sed etiam corruptæ præsertim rationi, & tamen omnia pervadere cupienti, videntur contraire: quæ cum omnia a sensibus, utpote immerfa materiæ, hauriat, voluit tamen se ingerere curiositate sua in isthæc non solum a sensibus recondita, sed etiam supra naturam longe posita. Etiam disquisitum de statura, figura, motu, imo vestitu corporis CHRISTI. Accidentia quidem sensibus patent, at quoniam effectus omnes relinquunt ipsius substantiæ, quam fides abesse dicebat; hic adhuc multo plura dubia & perplexitates movebant. Primum solum disceptabatur de eorum fatis, quæ semel comesta subire debeant; postea etiam subtiliter inquisitum, quid si a muribus arroderentur, a bestiis comederentur, quid, si a corruptione, vermibusque, infestentur, quid fieret, inquam, non solum de accidentiis, sed etiam ipso corpore

IX
pore Ch
remum
nec dat
organa
ne quic
species
tiones
& disq
am dif
sanguin
orta,
quantit
ne tran
anteire
tia min
guinem
cruicîi r
juxta su
poscit.
& præ
tramqu
blemat
stantia
publicis
stis, at
sue, cu
curiosita
ignorant
nibus pr

* Ne G

pore CHRISTI; quarum tamen omnium rerum notitiam nec DEUS dare voluit, nec dare possunt consueta cognoscendi organa, ut hic tutius homines vigilant, ne quid eorum culpa irreverenter circa species Eucharisticas fieret, quam ut rationes omnium ejusmodi casuum dare, & disquirere præsumerent. Anxie etiam disquisitum de modo, quo aqua in sanguinem commutetur; item anxietas orta, quæ veteres minime vexavit, de quantitate ea minima aquæ miscendæ, ne transubstantiationi obsisteret, si non anteiret: quasi vero Divina omnipotentia minus aquam, quam vinum in sanguinem suum mutare posset, si id sacrificii ratio, ubi cum vino miscetur, juxta suam voluntatem & institutum exposcit. Hæc & ejusmodi alia, salva, & præsupposita fide, non solum in utranque, sed in omnem partem problematicæ, utpote de rebus, ad rei substantiam nihil pertinentibus, acriter in publicis scholis disputabant, in suggestis, atque etiam libris differebant, ut suæ, cum primis autem discipulorum, curiositati satisfacerent; neque de ulla re ignorantiam suam faterentur, sed de omnibus pronuntiarent.*

Y

CAP.

* Ne faudroit il pas mieux ne point traiter les